

έστιν, δ σὺν ἐμοὶ πλάσας τὸν ἀνθρωπὸν. « Οὗτός ἔστιν δὲ Γίός μου δὲ ἀγαπητός, ἐν φῷ ηὐδόκησα ». Οὐκ ἄλλος ἔστιν οὗτος δὲ ἐμὸς Γίός, καὶ ἄλλος δὲ Μαρίας υἱός ἀλλ᾽ « οὗτός ἔστιν δὲ Γίός μου δὲ ἀγαπητός », δὲ βλεπόμενος καὶ νοούμενος.

#### ORATIO IN MULIERES UNGUENTIFERAS

- <sup>PG</sup>  
88, 1860 X. [...] "Ωσπερ γάρ ἔγεννήθη τῶν τῆς παρθενίας θυρῶν κεκλεισμένων, οὕτως ἀνέστη κεκλεισμένου τοῦ τάφου· καὶ ὥσπερ ἔγένετο πρωτότοκος ἐκ μητρὸς δὲ μονογενῆς Γίδος τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἔγένετο πρωτότοκος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. "Ωσπερ οὖν οὐκ ἔλυσε τὴν παρθενίαν τῆς Παρθένου μητρὸς γεννηθεῖσίς, οὕτως οὐκ ἔλυσε τὰ σήμαντα τοῦ \* μνήματος, ἀναστάς. Οὕτε οὖν τὸν τόκον αὐτοῦ δύναμαι λόγῳ περιλαβεῖν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ μνήματος δρόμον ισχύω καταλαβεῖν.
- \*1861

sine peccato. Hic est, qui mecum formavit hominem. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Non aliis est hic meus Filius, et aliis Mariae filius; at *hic est Filius meus dilectus*, qui et oculis cernitur, et mente intelligitur.

- <sup>PG</sup>  
88, 1859 X. [...] Quemadmodum enim natus est clavis virginalibus clavistris, ita et resurrexit clauso sepulcro: ac sicut unigenitus Dei Filius, primogenitus factus est ex matre, ita resurgens, factus est primogenitus ex mortuis.<sup>1</sup> Sicut ergo natus, haudquaquam matris Virginis virginitatem solvit; ita nec resurgens solvit \* signacula sepulcri. Neque igitur partum eius sermone complecti possum, neque eius monumento valeo comprehendere cursum.
- \*1862

#### S. GREGORIUS Turonensis (538 † 594)

##### HISTORIA ECCLESIASTICA FRANCORUM (591)

- <sup>PL</sup>  
71, 162 Lib. I, Prologus. [...] Credo beatam Mariam, ut virginem ante 1603 partum, ita virginem et post partum.

##### LIBRI MIRACULORUM

- <sup>PL</sup>  
71, 708 Lib. I, cap. IV. Post admirabilem igitur dominicae ascensionis gloriam, quae, contrito diabolicae malignitatis capite, mentes fidelium ad contemplanda coelestia animavit, sancti apostoli Domini et Salvatoris nostri cum beata Maria matre eius, in unam congregati domum, omnia ponebant in medio: nec quisquam suum aliquid esse dicebat; sed unusquisque cuncta possidebat in caritate,

<sup>1</sup> Coloss. I, 16.

sicut sacer apostolicae actionis narrat stylus.<sup>1</sup> Posthaec dispersi sunt per regiones diversas ad praedicandum verbum Dei. Denique impleto a beata Maria huius vitae cursu, cum iam vocaretur a saeculo, congregati sunt omnes apostoli de singulis regionibus ad dominum eius. Cumque audiissent quia esset assumenda de mundo, vigilabant cum ea simul: et ecce Dominus Iesus advenit cum angelis suis, et accipiens animam eius, tradidit Michaëli archangelo, et recessit. Diluculo autem levaverunt apostoli cum lectulo corpus eius, posueruntque illud in monumento, et custodiebant ipsum, adventum Domini praestolantes. Et ecce iterum adstitit eis Dominus, susceptumque corpus sanctum in nube deferri iussit in paradisum: ubi nunc, resumpta anima, cum electis eius exsultans, aeternitatis bonis, nullo occasuris fine, perfruitur.

- 1605 Cap. IX. Maria vero gloria genitrix Christi, ut ante partum, ita virgo creditur et post partum, quae, ut supra diximus, angelicis chorus canentibus, in paradisum, Domino praecedente, translata est. PL 71, 713
- 1606 Cap. XI. [...] Nec mirum si beata Virgo sine labore suis protulit victum, quae sine coitu viri concipiens, virgo permansit et post partum. PL 71, 716
- 1607 Lib. II, cap. XXXV. [...] Agit hoc ille Dominus ad glorificandum Martyrem, qui implens uterum Virginis sine semine, permanere praestitit matrem in castitate. PL 71, 822

#### VITAE PATRUM

- 1608 Cap. XIX. [...] Cum ipse Salvator mundi ab illo rudis saeculi exordio patriarchis se praestat videri, prophetis annuntiari, ad extremum semper virginis intactaeque Mariae dignatur utero suscipi, et praepotens immortalisque Creator mortalis carnis patitur amictu vestiri, mortem pro hominis peccato mortui reparatione adire, vinctorque resurgere. PL 71, 1087

#### S. ANASTASIUS Antiochenus († 599)<sup>2</sup>

##### DE INCARNATIONE

- 1609 Verbum enim quod in principio erat Deus, cum vellet fieri homo, quia non posset homo aliter salvus fieri, ingressum est in uterum virginalem et omnis corruptionis expertem: erat enim *virgo casta* PG 89, 1338

<sup>1</sup> Act. IV, 34, 35.

<sup>2</sup> Vide alias locos Anastasio attributos, sub titulo « Incertus Auctor ».

● PL 71, 170, 171, 523, 524, 707, 715, 722, 919, 1026.